# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 64

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 137.



f. in calce legitur: "Per me magistrum Johannem de Kuppferberg"; probabiliter nomen scriptoris, quam excipiunt tabulae ipse.

De Jo. Regiomontano vid. supra, Cod. III.

## Cod. LXIV.

Chartac. 4to min. saec. 15. 1. 5. 5.

Jo. de Gmunden Tabulae astronomicae.

Joannis de Gmunden Tabulae astronomicae, nempe de Planetarum motibus, de luminarium eclipsibus, aequationis domorum ad Vienam, partis proportionis, Stellarum fixarum, secundum quod sunt semper in imaginibus signorum coeli, et de quibusdam, quae sunt extra imagines. Continentur etiam Cod. XLVI. n. 1. A. C. n. 2.

f. 1. 24.

Practica Tabularum.

Has tabulas excipit Practica tabularum astronomicarum, quae incipit: "Quamvis de motibus me. „ dii." Absolvitur duabus partibus, quarum prior 60, posterior 28 capitibus constat. Anterior hujus practicae pars, quae habetur etiam Cod. XLVI. f. B., tractat de motibus ch. solis et lunae; altera de motibus ch. aliorum quinque Planetarum.

Modus corrigendi et compon. Tabul.

Hanc sequitur Tractatus de modis componendi et corrigendi tabulas. Incipit: "Pro majori fundamen. „ to et certitudine eorum quae posita sunt in ta. „ bulis motuum planetarum ch. et canonibus de

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 64**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 138.



„practica earundem tabularum videndum est „de modis componendi, et corrigendi easdem „tabulas. Scilicet" etc. Utut hunc tracta„tum inter opera Joannis de Gmunden non offenderim, eum tamen illius esse nullus du„bito, cum auctor et tabularum, et earum practicae praecedentis mentionem facit, quae inter opera Joannis de Gmunden re„censentur. Khautz Geschichte Oesterr: Gel: p: 30 & seq:

Practica Ecclipsium.

Penultimum locum occupat Practica Eclip„sium, cujus praefatio incipit: "Quia mul„ti ad sciendum practicam ecclipsium so„lis, et lune sunt magis inclinati" etc. Post sequitur elenchus capitum numero 28. Sed haec practica maximam partem eadem est cum supradicta practica tabularum astronomicarum; adeoque ejusdem auctoris.

Tractatus de Cylindro.

Agmen demum horum operum astronomico„rum claudit tractatus de Cylindro. Inci„pit: "Tractatus chilindri duas habet par„tes." Finitur" Numerus quotiens osten„dit altitudinem rei etc. Verosimiliter est Joannis de Gmunden, qui astrolabii, aliorumque instrumentorum compositio„nem, atque utilitatem descripsit.

Khautz loco citato.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 64

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1752

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)